

ri; tum *in beneficio* erga illos qui inædificantur; quatenus & *denominabatur* petrâ verâ petrâ, & *inædificabatur* petræ, virtute Patris; sicut & omnes vocamur lapides vivi à vivo lapide, & non à carne & sanguine, sed gratiâ Patris Filium revelantis inædicamur vero angulari lapidi, *Matth. 16. 1. Petr. 2. &c.*

2. *Ob probationes multò verisimiliores, ad minimum, in contrarium: tum ex Scripturis, unum caput, sponsum, fundamentum, regem ubique urgentibus; tum ex historiâ ecclesiæ primitivæ, & dissensionibus sanctorum quorundam etiam ab ipso Papâ: adeo ut nihil nisi primatus aliquis loci sive sessionis atque ordinis ostendi possit; potestas autem monarchica nullo modo.*

2. *An ecclesia militans semper sit visibilis?*  
 Dist. Est visibilis, 1. quod ad materiam  
 2. formam externam, 3. causas cognoscen-

*dis.*